Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9146
Copyright: Melk, Benediktinerstift

æ accepto benedictionis uiatico uiã festinant
aggressus est. cũq; peuenisset ad monasteriũ ut
uolebat inuenit omnia ita contigisse sicut
patri suo per uisionem fuerant reuelata. Mansit
autem ibi nocte una. et accepit a fratribus epistolã ad
beatũ gallũ continentem ueneranda transitũ
colũbani. cui et baculũ ipsius quem uulgo cam
potã uocant. per manũ diaconi transmisit dicentes
sem abbatem ante transitũ suũ iussisse.
ut per hoc notissimũ pignus gallus absolueretur.
Dimissus autem a illis. et accelerauit et prospere in
omnibus agens. die octauo peuenit ad dominũ
suũ. patrem ferens epistlam relationis et absolu
tionis indicium. Lecta epistla sancti gallus. carissimi
patris amore pleno retinens corde lacrimas
profudit uberrimas. et collectis fratribus causas me
roris aperuit. Deinde tanti patris memoriã
precibus sacris. sacrificiis salutaribus frequentauit.

CONTIGIT AUTEM XXVII.

quadam die dum in construendo oratorio
cum fratribus laboraret ut tabula quedam parieti
imponenda breuior ceteris mensura palmo
quatuor appareret. cuidam eiusdem operis
artifices uellent abicere. beatus gallus mu
tuis quam in dno habebat sibi conscius iussit
eos ab opere disiungere. et domum adpropiandã